


**Thrnoi Memoriae & Honori Viri ... Dn. Heinrichi Schuckmanni, Osnab. I.U.D. ... cum  
is ultimum, 19. Mens. Sept. An. 1656. nobis in hoc miseriae & mortalitatis pelago,  
Vale ... dicens ...**

Rostochi[i]: Richelius, 1656

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn77742200X>

Druck Freier  Zugang



**Bodock, L.**  
**in**  
**H. Schuckmann.**  
**Rost. 1656.**









⊙ P H N O I

Memoriæ & Honori

*Viri Amplissimi Consultissimi, & Excel-*  
*lentissimi*

**DN. HEINRICI**  
**SCHUCKMANNI, Osnab. J.U.D.**  
& Codicis in illustri hac Universitate  
Balthica Professoris celeberrimi, Ducalis Consisto-  
rii Adfessoris & Consilarii gravissimi,

Cum is ultimum, 19. Mens. Sept. An. 1656.  
nobis in hoc miseræ & mortalitatis pelago, VALE, inter  
tot lugentium *συναγυατα* & condolentium lacrymas di-  
cens, cœlestibus associatus spiritibus æternum SALVE accla-  
maret & 24. hujus currentis mensis tumulo ritu so-  
lennissimo demandaretur, ex debito

*Fusi & Consecrati*

à

Popularibus Westfalibus.



ROSTOCHL.

*Typis Johannis Richeli, Senatûs Typogr.*



**W** Est phalicae genti hecis illa novissima clades,  
Sat quidem erit tristis, sat lacrymosa quoq;  
Dum quinq; e nostrâ rapuit mors sava cohorte  
Membra, sed ecce novum savoris specimen,  
Dum rapuit *Schuckmannum* mors, *caput atq; coronam.*  
Quem merito ut Patrem gens venerata fuit.  
Tristior ergo dies est & lacrymosior hicce,  
Etdolor hic nostros exsuperat reliquos.  
Sat, quibus in cœlo fruitur nunc gaudia, nostra  
Tollunt & removent tristitiam & gemitus.

*Paucula hæc in obitum Amplifis. Consultifis. & Excel-*  
*lentifis. Dn. D. Henrici Schuckmanni. Facult.*

*Jurid. Sen. spectabilis scripsit*

*M. Antonius Zwickius,*  
*Lipstad. Westph.*



**A** Stræ Proles nostri pars ampla Roleti,  
SCHUCKMANNUS cecidit contumeliosus humo.  
Idq; foro & cathedræ foret irreparabile damnum,  
Ni pater extinctus viveret in sobole.  
*suaviter hæc adi.*

*Justus Gerhardi, H.*



**C** oncessit fatis defunctus munere Vitæ,  
*Schuckmannus* nostri gloria prima soli.  
Heu Charitum prægrande decus! Themidosq; medullam,  
Marmore fatali sic Libitina teget!  
Cui vix in terris nemo pietate secundus,  
Aut prisca morum simplicitate fuit.

Nunc

Nunc terris spretis, superùm statione locatus,  
Gaudia cum Christo non peritura capit.  
Gratulor æternam *Doctorum Magne* Coronam,  
Gratulor optatos sic sine nube dies.

*Paucula hæc condolentia contestanda  
ergo adjecit,*

*Reinhard Schraue, Bilsfeld:*

**M**ors quodcunq; caput nullo discrimine pulsat,  
Nec juveni parcit, nec docto, nec locupleti,  
Non juveni: juvenis. Nainiticus ille probavit  
Non docto: exemplum Schuckmanni quod docet æquè  
Non locupleti: etenim longum tempus probat: & sic  
Mors quodcunq; caput nullo discrimine pulsat.

*l. m<sup>o</sup>  
Apponere voluit debuit*

*Johannes Simon, Discenâ Westph.*

*Εἰδύμην ad Nepotes.*

**S**istite largifluas lacrymas & mittite luctus  
Vos Schuckmanniades quanquam Avus hicce jacet;  
Nam Deus hoc voluit, vestrum sit velle, sit esse  
Cui summum imperium, perficit is  $\tau$   $\theta$   $\epsilon$   $\lambda$   $\epsilon$   $\nu$ .  
Sed bene quàm vixit, bene quàm quog; mortuus ille est  
Quem Princeps pacis perpete pace beat;  
Corpus enim bustum, sed dulcia vulnera Christi  
Conservant animam, surgere Christe dabis!

*Voluit ut debuit  $\alpha$   $\omega$   $\tau$   $\chi$   $\epsilon$   $\delta$   $\alpha$   $\tau$   $\iota$*

*Rudolph Molan, Quakenbrug.*



**C**ur modo fideos vultus nova nubila condunt?  
Cur nigro tristis personat axe fragor?  
Scilicet & cælum SCHUCKMANNI morte movetur,  
Stellarumq; ejus funere languet honos.  
Occidit & tumulose Phœbus condit in uno  
Occidit & Varni gloria prima soli.  
Publica morte tua metuit fortuna ruinam,  
Immo fores priva, hoc funere vulnus alunt.  
Tecum Religio, Pietas, virtusq; recedit,  
Et veteres sedes, repperit astra, suas.  
Mæror verba negat, non osrig; ad busta dolores  
Tanta stupent: heu mala quant a ferent!  
Mens generosa perit cælum, quo duxerat ortus,  
Illic aeternum lege beata virens.  
Atq; tuos cineres sanctos, hac urna tenebit,  
Fama sed cultor laxior orbis erit.

Condolentiæ contestandæ ergo fecit

**Martinus von Essen/**  
Osnabrugâ Westph.

**Q**uis SCHUCKMANNE tuas laudes sat scribere quiret?  
Hic, te cum constet, vix habuisse parem.  
Et quas tollendi nec morti est ulla potestas;  
Sic stat Doctorum non periturus honos!

**Henricus Closterman, Herv.**  
Westphalus LL. Stud.

**N**ON totus moritur Schuckmannus contegit ossa  
Tellus; sublimis spiritus; astra tenet.


copiam dicitur, sive paucula hæc scripsit

**Johan Friederich Arcularius.**  
SCHUCK-

**S**CHUCKMANNUS cecidit! Legum venerabile caput;  
Conspicuus meritis, canitieq; gravis:  
Sic randem, ut nulli fuit evitabile fatum,  
Expectat mortis quemlibet hora suæ.

*Debita condolentia attestanda causa  
scripsi*

*Iustus Marpman,  
Osnabr. Westph.*



**H**Ei Decus Astrææ, quod floruit hic & ubiq;  
In Fano Themidos, invida Morta rapit,  
Non cogitando quod hic fuerit prænobile fulcrum  
Parnassi nostri, Westphaliciq; soli!  
Ast, quamvis corpus terræ mandetur opacæ,  
Gloria Schuckmanni non moritura, die.

*Hæc τρυφήναι μοῆστος ἀδέχει*

*Christoph Hermann, von Ramshausen  
Quakenbr.*



**S**ic est: ingenio decus immortalæ paratur,  
Vivimus ingenio, corpora claudit humus.  
Hæc in divina SCHUCKMANNI parte videmus,  
Cujus summus honos tempus in omne viget.  
Pars melior cælum repetit: pars altera magna  
Victima fit matri: cæteræ fama replet.

*Condolens app.*

*Johannes Ernestus Drepper,  
SS. Th. Stud.*

*Tristia*

**T**Ristia convexum vela bunt nubila cœlum,  
 Non erit auratum solis in orbe iubat.  
 Videmus Charites lacrymis stillantibus ora  
 Spargere, nec cultis amplius ire comis.  
 Ah rigidus quantum qui sicco lumine damnum,  
 Aspicit, ac trucibus sævior iste feris.  
 O Schuckmanne pater claro qui stemmate gaudes,  
 Nomen & ab omni prosperitate ferēs:  
 Cur tua sic sævis placet ossa extendere Parcīs?  
 Splendida qui meritæ nomina laudis habent,  
 Rumpere sed querulis mitto singultibus auram,  
 Dulcia cum sanctis ocia lætus agas.

*λυπηταῖς scribebam*

Arnoldus Dunker,  
 Quakenbrug.



**A**H Pater! Ah! mortis possis evadere casses, *Filii*  
 Nam luctus macerans pectora nostra coquit.  
 Vixi, quem dederat cursum mihi Iova peregi, *Pater*  
 De me spes vobis ne super ulla fier.  
 Quin nihil est lacrymas, nihil est fuisse querelas,  
 Nam mihi sunt, *Nati*, gaudia magna mei. *Filii*  
 Vivere dignus eras, noster dux, murus, asylon,  
 Per multos annos vivere dignus eras:  
 Ast tibi vita *Deus*, tibi spes erit optima *Jesus*  
 Cum quo tu possis gaudia ferre *Vale*.

*Condolentia ergo adjecit*


Johann Lüning, Lübeck à Westph,

Tristia

**T**ristia quid tremulis quatitis singulcibus ora  
Pectora & ingentis signa doloris habent?  
Nam bene qui vixit moritur non morte perenni;  
Sed vitam vivit, membra relinquit humi.  
Vive igitur *Schuckman*, qui sis super astra relatus,  
Gratus eras. Varno: gratior audis ibi.

*Massim: ser.*

Christianus Koch,  
Quakenbr. Westf.



**T**errigenum dubis est haec vita, similima navi,  
Quae cità tranquillum, aut tarda subire solet  
Portum, quod docet exemplo Dux Guesphalicorum  
*Schuckmannus felix accipiens requiem...*

Johannes Vette,  
Osnabrug.




**A**strea laß doch ab von deinen Leichgethonen  
Herr Schuckman stirbet nicht. Sein Ruhm geht  
Wolken an

Trotz dir du bleicher Tod. Es lebt der grosse Mann  
Durch seine kluge Saust und in den grossen Söhnen.

Mit diesen wöltere sich bey dieser grossen  
und beerrübe Leiche

A. B. H.



**F**ax juris gemini radians extinguitur, Eheul!  
Schuckmannus patriâ proximior Satus:  
In partem luctus ivit Rostochia mecum,  
Vtrius lugens tristia damna soli:

Quidi

Quid funus gemimus? meliori parte receptus  
Est cœlo, Summus proferet Ossa dies.

*Hæc condolentiam testatur.*

Engelbero Buschman, H. W.




**O** Mnia quod tenui sint de pendentia filo,  
Cuncta aq. subleges mors vocet atra suas:  
Exemplo proprio Schuckmannus comprobat ipse  
Jam super a vitâ gaudia lata ferens.

Henricus Schulze/ Osnabr.



**V** Estrem cur potrem gnati lugetis acerbè?  
Incola sum cœli gratus potiorq; cupitis,  
Parcite quin oculis, turpi desistite planctu  
Cœlesti patriâ junget nos Christus Iesus.

Gerhard Güllich/ Osnabr.



**Q** Vis sine morte fugit vitam? Non præditus arte  
Quis viget extinctus, cognitione potens?  
Sic Doctor Schuckman studiis, fidelibus auletus  
Occidit, At gnatos gloria magna manet.

Albertus Kramer.













**H**eu nimium fera mors! ulli sic parcere nescis?  
 Sic sine lege ruens cuncta dolore replet  
 Non tibi sat, passim tela inter Martia quod nunc  
 Tot correpta ferox corpora fundis humi  
 Quin etiam nostris fato crudelis ab oris  
 Auffers canitie, tum pietate gravem.  
 Heu luctus! dolor ah! fors ô fera! flebile fatum  
 Hei casus subitos, ancipitesq; nimis!  
 O Cives, Cives! largos hinc spargite fletus  
 Quod cecidit Patriæ fida columna meæ.  
 Sed, quanquam cecidit, cecidit tamen haud per  
 Nam lætus cœli gaudia vera capit.

*Lugens æmulus*

*Felix Fidlerus, Rost. SS*

EPITAPHIUM

Gravissimo Seni

DN. HENRICO SCHUCKMANN

extractum.

**N**ill tegit hic tumulus, lector, nisi corporis ossa,  
 Extremo quod erit, ut fuit ante, die  
 Scis cujus fuerit? SCHUCKMANNI, nomine cunctis  
 Quisq; fuit totus candidus atqve pius.  
 Qui dum vivebat doctus, virtutis amator,  
 Magnus præclaræ fautor & artis erat;  
 Et jus tractabat, legum Jurisq; peritus,  
 Quo mundus regitur dirigiturq; bene;  
 Justitiæq; pio cœlestis amore ferebat  
 Mille viæ casus, tædia mille senex.  
 Hic periit. Sed quid? Virtus non passa perire est  
 Spectatæ vitæ nam fuit atqve piæ.  
 Si pius, haud periit, summo sed in æthere felix  
 Vivit, nam requies mors solet esse piis.

*Summa hinc ad*

Michael Cordes/ Rost. SS. Th. B

